

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Proclivis ad vitia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A plicaret, procumbens coxam illius pro genibus attigit, principeque præ fastu indignante: *Quid, inquit, annon hæc tua sunt, & que ac genua?* Apud Ciceronem legas oratione post reditum, vbi L. Pifonem acerbissime compellat: *Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, filiam meam, superbisimis & crudelissimiis vobis à genibus tuis repulisti.* Jam vero illa, *Ad pedes jaceret, & accidere ad pedes*, eodem significata notissima sunt.

## HUMILITAS. CAP. LIX,

D Epositum genu humilitatis & superiori agnoscentis indicium esse, nulli non immotuit. Hinc apud Horatium:

*Jus, imperiumq. Phrmates  
Casaris accipit genibus minor.*

In Divinis literis: Reliqua mihi sunt septem millia virorum, qui ante Balaam genua non curvaverunt, & alibi: *Fleto genua cordu mei*, & hujusmodi pleraque, id uno verbo dicitur procedere: atque ita etiam nostri Psalmi 72. Septuaginta reddidere: *Coram illo procident Aethiopes.* Multo vero plus Procurbare, & Terram lingere ut ibidem: *Inimici ejus terram lингent.*



Epist. I. 1.  
Epist. 12.

1. Reg. 19.

Ephes. 3.

## PROCLIVIS AD VITIA.

CAP. LX.

N Equa negarim alicubi flectere genua esse hieroglyphicum ad terram, hoc est, ad vitia declinantum, & humanæ cedentium fragilitati, impurisque affectibus inservientium: adversus quos nisi steterimus, nullam ex hoste victoriam sperare possumus.

## LEVATI PARIENTIUM LABORES.

CAP. LXI.

V Isabantur olim in Capitolio ante Minervæ cellam signa tria Nixidia nuncupata, quæ genibus nitiebantur: sed ea de causa ita dicta, quod parientium nixibus praesiderent, quod eo libenter retulimus, quod vulgata exemplaria Fessi corrupta sunt, in quibus scilicet pro Nixidia, Noxiis <sup>Nixidia f-</sup> <sup>gna in Ca-</sup> <sup>pitolio.</sup> dñi scriptum invenias. Sunt qui signa hæc Antiocho Rege Syriae superato, à M. Attilio subtraacta pro quid. diderint, ab eoque Romam apportata: alli capta Corintho advecta, quæ ibi mensæ subiecta fuerint. Sed jam de manu, deque pedibus & genu, hæc dicta sufficiant. Videor enim mihi nullam, neque tui, neque publici commodi rationem habuisse: tui, quia Philosophum scio nolle desidibus & super vacaneis lectionibus detineri, eaque tantum lecitare, quæ ad sanam doctrinam facere videantur.

In publica vero commoda me peccasse vereor: quia dum de his detinui nugis, boni aliquid ad alicujus ægroti salutem excogitasles. Quicquid tamen in hoc erratum est, totum id tua culpa factum, qui Cicadæ, ut dicitur, veterum scabere non dubitasti.

Iii 3

JOAN-